



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

22 Episcopus, quando non habentem patrimonium, nec beneficium, ad  
duos primos ordines promovere potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

corporalia consecrans aut benedicens, etiam bona fide, eandem suspensionis poenam ipso facto incurrit ut, per Navar. de senten. excom. conf. 69. numer. 1. par. 2.

16 Decimo, † Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur, in quocunque loco, etiam quantumcunque exempto, & nullius diæcesis, si quem promoveant ad quemcunque ordinem, etiam ad primam tonituram, cujusvis privilegii, etiam familiaritatis prætextu, sine licentia ipsius proprii Ordinarij, sunt ab exercitio pontificalium per annum suspensi, concil. Trident. cap. 2. de reformat. sess. 14.

17 Et † Pius V. post publicationem concil. Trid. decreto suo consistoriali sancivit, hujusmodi Episcopos non esse creandos, neque Suffraganeos dandos, nisi ecclesiis Cardinalium, & illis, quæ solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera super fructibus illius ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipso percipi possint,

18 † Et quod nullibi possit pontificalia exercere, sine expressa licentia Sedis Apostolicæ, nisi in illa diæcesi, cui datus est in Suffraganeum, congr. conc. super d. cap. 2. sess. 14. Et Sixtus V. sua constitutione, quæ incipit; Sanctum, & salutare, in 2. part. Bull. Rom. c. 29. diversas alias poenas, & censuras ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra clericos, tam seculares, quàm regulares, malè promotos constituit, absolutionem, & dispensationem Sedi Apostolicæ † reser-

vando, quam Clem. VIII. ad termines sacrorum canon. ac constit. Pij Papæ II. & dispositionem decretorum sac. conc. in omnibus, exceptis contra simoniacè ordinantes, & ordinatos, per eundem Six. V. inflictis restrinxit, atque reduxit, ut in constitutione & reductione, de qua per Greg. Sayr. in Thes. cas. consc. lib. 4. c. 17. infi. ubi etiam tenet, quod, qui in poenas prædictæ Bull. Six. V. antequam hæc Clementis VIII. constitutio edita, & promulgata fuit, insiderunt, à prædictis poenis virtute posterioris Clem. VIII. constitutionis non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem à summo Pontifice petere, & obtinere tenentur, ac si dicta constitutio Clem. VIII. edita non fuisset, ubi post finem constit. vers. primum est.

20 Minores † legitima ætate, vel extra tempora, aut ad duos sacros ordines eadem die ordinantes, ab ordinandi potestate sunt suspensi, donec à Sede Apostolica absolutionis beneficium obtinuerint, cap. litteras, cap. vel non, & c. dilectus, de rem. ord. & c. si qui Episcopi, 1. quest. 1. conc. Trid. in c. 13. de reformat. sess. 13.

21 Ordinibus † autem sacris clericos patrimonium, aut beneficium, vel pensionem non habentes promoventes, illis vitæ necessaria ministrare tenentur, donec eisdem de beneficiis competenter fuerit provitum c. Episcopus, c. tuus, de præb. & dign. c. si Episcopus, eod. tit. in 6. & conc. Trid. cap. 2. de reformat. sess. 21. † Poteest tamen Episcopus ordinare subditos suos ad ordines subdiaconatus, ac diaconatus, ad titulum, & portionem ecclesiarum matricum, non obstant. quod non participant de fructibus illarum, nisi post susceptum pref.



presbyteratus ordinem, ut per sacram congregat. fuit decisum sub dict. cap. 2. sub titul. Aceruen. S. potest Episcopus.

23 Susceptione ¶ ordinum pluribus modis huiusmodi incurritur pœna.

24 Primò, cum ante legitimam ætatem sacris ordinibus quis promovetur, & licet sit minor, ¶ tamen recipit ordines, & dummodò sit doli capax, obligatur voto continentiae ordini annexo, cap. pueri, & ibi gloss. 1. & 2. 1. quest. 1. & cap. unio, & ibi gloss. in ver. discretionis, de cler. per salt. promot. sed suspenditur ordinum executio, cap. vel non est compos, & ibi Abb. numer. 3. de temp. ord. inò est ipso jure suspensa, & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus quis ministrare præsumpsit, eo ipso irregularitatis pœnam incurrit, de qua in constit. Pij II. in Bull. Rom. c. 6.

25 Secundò, ¶ quando sine sui Præsulis licentia ab alieno Episcopo quis ordinatur, cap. quod translationem, eodem tit. cap. 1. & 2. 9. quest. 2. cap. 1. & 2. 21. qu. 2. cap. 1. & 2. de temp. ordin. in 1. Et tunc ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, taliter promoti sunt ipso jure suspensi, ex dispositione sac. concil. Trident. ubi inquit, ¶ Et

26 quoniam nonnulli Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, sed alienas oves in seio proprio pastore quærentes, dum per hanc Sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius diocesi, nisi de loci Ordinarij expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subje-

ctas tantùm, exercere, prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diocesis sua temeritate eligunt, & quoscunque ad se venientes etiam si suorum Episcoporum, seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali characterè insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta rectè valeant ministrare; nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diocesis etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis ordinis residere, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscunque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam prætextu familiaritatis continuæ cõmentalitatis suæ, absq; sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat, contrafaciens ab exercitio pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi, cap. 2. de re for. sess. 14. & in suspensione celebrando irregularitatis pœnam incurrit, Pius II. ead. constit. 6.

27 Tertio, ¶ minus idonei absque præcedenti examine, & commendatitiis litteris promoti, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo Episcopo ordinario videbitur, suspendi, & ne in altari, aut aliquo ordine ministrent,

Yyy inter